









1713.

12<sup>a</sup> = Ludovici, Jacobus Fridericus: De involucro. 2 Band.  
1713 à 1741.

13<sup>a</sup> = Ludovici, Jacobus Fridericus: De successione conjugis  
discedentis 2 Band. 1713 à 1739.

14<sup>a, b</sup> = Ludovici, Jacobus Fridericus: De effectu baptismi  
iuridico. 3 Band. 1713 à 1745.

15. Michaelis Dr. Henricus: Prosector ac ad. Fridericianae  
et regiae beneficiorum auxilio ea promotione  
spiritus amplectenda permanentes hostilatur.

16. Nutzenbecker, Joh. Baptista: Convenientiam et distinc-  
tions iuris communis et proprii Hamburg-  
ensis in palnis criminum. . . publicas conditoris  
excursi submittit.

17. Schneider, Dr. Fridericus: De permutatione capti-  
vorum.

18. Stahl, Georgius Ernestus: De therapia passionis hypochor-  
dicae.

19. Stark, Georgius Swartus: De exanthematum malorum  
retrocensione



929.

I

I

S

129. 1713 26.  
DISSE<sup>124</sup>RAT<sup>124</sup>O JURIDICA INAUGURALIS  
*D E*  
**INVOLUCRO,**

QVAM  
DEO T. O. M. ADNUENTE,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
PRINCIP<sup>125</sup>E BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-  
DENBURGICO, RELIQUA,  
IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,  
PRAESIDE  
**DN. JACOBO FRIDERICO**  
**LUDOVICI,**  
J. U. D. ET PROFESS. PUBL. ORDINAR.

**PRO LICENTIA**

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRIVILE-  
GIA DOCTORALIA RITE CAPESSENDI

Ad d. 28 Jun. MDCCXIII.

In Auditorio majori horis ante- & pomeridianis

PLACIDO ERUDITORVM EXAMINI SUBMITTIT

**JOANNES HENRICUS Rudloff/**  
HALENSIS MAGDEBURGICUS.

---

HALAE MAGDEB. Litteris STEPHANI ORBANI, Acad. Typograph.





ILLVSTRISSIMIS ATQVE EXCELLENTIS-  
SIMIS DOMINIS,

DN. NICOLAO BAR-  
THOL. MICHAELI  
LIBERO BARONI  
DE DANCKELMANN,

SERENISSIMI ET POTENTISSIMI REGIS  
BORVSSIAE MINISTRO STATVS  
INTIMO,  
REGIMINIS DVCATVS MAGDEBURGICI  
PRAESIDI ET RELIQUA,  
NEC NON

DN. FRIDERICO WIL-  
HELMO POSADOWSKI

LIBERO BARONI  
DE POSTELWITZ,  
Serenissimi et potentissimi regis  
borvssiae consiliario intimo,  
et  
regiminis ducatus magdeburgici  
consiliario et reliqua,  
FELICITATEM.

ILLVSTRISSIMI DOMINI.

DN NICOLAO BAR

THOM MICHAELI

de DANCKERTMANI



Uotiescunque ad summo-  
rum honorum & Vestra-  
rum dignitatum fastigium  
oculos animumque con-  
uerto, toties ab hoc Vos  
compellandi Illustrissimisque Nominibus  
Vestrī hasce pagellas consecrandi consilio  
& proposito auocari me lento. Quanta  
enim temeritas atque audacia videri possit,  
hominem mediocrem, Vobisque prorsus  
ignotum, Vos in tam arduis tamque im-  
mensis Regis Potentissimi negotiis interpel-  
lare,

EFFICITATEEM

lare, & mentem alio diuertere? Néque ar-  
gumenti grauitate, neque elaborationis ni-  
tore merebor excusationem; neutrum si-  
quidem de his ausim polliceri. Interim gra-  
tia Vestræ splendorem, ac deuotionis meæ  
religionem inuicem comparando, ex pari-  
te me veniam spero impetraturum. Et  
enim quibus potiori iure sacras esse has pa-  
ginas iuberem, quam Vobis, ILLVSTRIS-  
SIMI DOMINI, haut equidem video;  
præsertim ad id submissa animi adductus  
veneratione, quam vt publico quodam  
documento interpretarer, non meliorem  
inuestigare licuit occasionem. Accipite  
igitur hoc sereno, vti soletis, vultu, & beni-  
gno adspectu, quod Vobis exhibet diligen-  
tissimus Vestri Nominis cultor. Atque,  
licet exigua valde sint, quæ Vobis sacra esse  
volui, quum in vili charta consistant; spes  
mihi tamen haut exigua suppetit, fore, vt  
ad animum potius Vobis deuotissimum,

A 3                   quam

quam vile huius munieris pretium respice,  
re non dignemini. Spem hanc conci-  
pere, ac firmiter mente tueri, summa, qua  
polletis, gratia mea iubet. Deus ter optimus  
maximus det Vobis, ILLVSTRISSI-  
MI DOMINI, eam etatem, quam mere-  
mini, seruetque animum, quem dedit.  
Ego autem me totum, meaque studia gra-  
tiosissimae Vestræ memoriaz supplex com-  
mendo, qui ad cineres usque futurus sum

## ILLVSTRISSIMORVM VE- STRORVM NOMINVM

Dab. Pridie Idus Ian.

MDCCLXIII.

Deuotissimus cliens

IO. HENRICVS Rudloff/  
Halensis.



DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS  
DE  
**I N V O L U C R O.**  
P R A E FATI O.

**N**iraberis, aut forte ridebis, me loco  
speciminis & quidem inauguralis  
materiam de involucro eruditorum  
examini subjecisse. Est quippe in-  
volucrum res ut plurimum minimi  
pretii, haud digna, prout videri posset, cui sanctæ  
leges applicentur & de qua publicæ cæque sole-  
nnes disputationes instituantur. Sed desine mira-  
ri: define ridere. Splendor tituli interdum plus  
promittit, quam in nigro libri, aut disputationis  
lectores deinde inveniunt, ut sæpe causam habe-  
ant sciscitandi & querendi: ubinam deprehenda-  
tur disputatio, vel tractatus, quem splendidus ille  
titulus promittit? contra, in disputatione, vel li-  
bro splendido titulo destituto sæpius tales mate-

A 2 riae

riæ pertractantur, quæ non levem utilitatem in vita communi adferunt, præcipue in rebus juri-  
dicis, quando applicatio legum generalium ad  
casus singulares obvenientes ostenditur. Est qui-  
dem jurisprudentia non minus habitus interpre-  
tandi, quam adplicandi; verum, nisi interpreta-  
tioni applicatio jungatur, juris studium, meo qui-  
dem judicio, res sterilis, otiosa & inutilis est. In-  
volucrum in se spectatum ut plurimum, fatetur, res  
minimi pretii est; sed tamen ea, quæ involucris  
includuntur, non raro maximi valoris sunt, at-  
que adeo res inclusæ & involucra pro connexis  
haberi debent, ut de iis, an subsistant, annon, ju-  
dicari nequeat, nisi involucra simul considerentur.  
Paria occurunt in materia de delictis & similibus,  
prout hoc in dissertatione ipsa pluribus ostendi-  
tur. Cum itaque hæc materia a nemine, quan-  
tum mihi quidem constat, plene excussa fuerit:  
eandem speciminis inauguralis loco eruditorum  
examini subjicere non indignum mihi visum fuit.  
Fateor quidem, alium majori rerum civilium sci-  
entia instructum plura & meliora de hac materia  
adducere potuisse; nihilominus tamen spero, be-  
nevolum lectorem & hæcce mea conamia in  
meliorem partem esse interpretaturum, juxta vul-  
gatum enim: ut desint vires, tamen est laudanda  
voluntas.

CON-

## CONTENTA TOTIUS DISSERTATIONIS.

**I**nvoluci significatus proprius & descriptio, §. I. ejusdem vocabuli significatus metaphorica, §. II. talis quoque significatum verbum: in olvere, habet, §. III. an subscriptio & subsignatio testium in involucri testamenti fieri possit? Ratio dubitandi ex l. 21. pr. C. de testamento, §. IV. alia ratio dubitandi ex l. 22. §. ult. ff. qui testam. facere possunt, §. V. Responso ad hoc posterius dubium. Apud Romanos quondam signacula testium linteo, sive involucre imprimi poterant, §. VI. subscriptio vero nunquam in involucre facta, §. VII. Testamenta quondam in tabulis, praecipue lignis & cereis conscribebantur. Bonorum possessio contra lignum. Prima cera. Hujusmodi tabulis signacula commode imprimi non poterant, §. IX. Adducitur textus ex Codice & ex eo probatur, quod subscriptiones testium eorumque subsignationes in ipso testamento, non vero in involucre fieri debeant, §. IX. Responso ad dubium ex l. 21. pr. C. de testamentis, §. X. Dubium ex Ordinatione Notariorum cum subjuncta ejusdem resolutione, §. XI. novum argumentum ex jure Romano, quod subscriptiones testium non in involucre, sed in ipso testamento fieri debeant, §. XII. casus hanc materiam illustrans de subscriptione & subsignatione testium in involucre testamenti facta, §. XIII. Responsum Facultatis Juridicae Halensis, quo ejusmodi testamentum pro nullo declaratum fuit, §. XIV. utrum codicilli rite confetti in involucre deinde iterum revocari queant? §. XV. testamenta interdum ex iis, que in involucre scripta sunt, falsitatis argui possunt, §. XVI. utrum testamentum pro judiciali haberri possit ac debeat, quando judex in solo involucre de oblatione testamenti judiciali testatur? §. XVII. testamentum involucre inclusum non sit publicum, licet Principi offeratur, si in specie testator non expressit, quod in eo involucre testamentum habeatur, §. XIX. Magistris postarum in terris Bornensis & Brandenburgicis prohibitum est, ne involuca accipiunt, quibus littere privatorum sunt inclusae, §. XIX. nec privati diversas diversorum literas uni involucre includere debent, §. XX. involuca probe sunt obsignanda, §. XXI. quid magistro cursu publici observandum, si involucrum casu quodam reclusum fuerit? §. XXII. quando pecunia, gemmae & similes res pretiosae involucri inseruntur: hoc in exteriori parte involucri specifice indicandum, §. XXIII. de involucris, quibus tempore pestis littere includuntur, §. XXIV. de il-

lis, qui involucra alienarum litterarum, testamentorum, &c. curiositatis vitio aperiunt, §. XXV. & qui hoc eo animo faciunt, ut secreta scribentis prodantur, §. XXVI. de Vafallo, litteras domini earumque involucra recludente, §. XXVII. de casu, si quis involucra alienarum literarum ex justo errore resignavit, §. XXIX. contra illam, cuius segnum in involucro deprebenditur, presumtio est, quod autor literarum inclusaretur, §. XXX. Inscriptio in involucro non probat, si instrumentum ipsius in involucro non amplius deprebenditur, §. XXX. casus singularis, ubi in archivio documentum reperiebatur, involucro autem inscriptum erat, ille documentum non amplius valere, §. XXXI. an totum involucrum absulisse dicatur, qui totum tollere potuit, interim tamen aliquas saltantes ex eo contrelavit? textus hue pertinentes ex l. 21, ff. de furti, §. XXXII. dubia Wissenbachii circa hunc textum, §. XXXIII. & Antonii Matthei, §. XXXIV. distinctione glossa, que rejicitur, §. XXXV. & similiter etiam Taboris conciliatio, §. XXXVI. & XXXVII. Huberi sententia, quod citatus textus propter suam substitutatem hodie usum non habeat, §. XXXIX. idem exigitat Brunnemannus, & hac sententia in ipsa constitutione criminali fundamentum habet, §. XXXIX. quid si fur involucrum quidem aperniisset, ipsum tamen furtum consummare non potuisse, §. XL. Tabellarius, qui recluso involucro pecuniam ei inclusam contrahat, furtum committit, §. XLI. quid si pecunia nec involucro inclusa, nec obsignata, sed adnumerata fuerit? §. XLII. Depositum irregulare est, quando pecunia nec involucro inclusa, nec obsignata depositario adnumeratur, §. XLIII. si involucrum a depositario reclamat, contra eum presumtio furti exinde nascitur, & de effectu hujus presumtionis, §. XLIV. & XLV. quenam sit pena depositarii rem depositam contraactantis? §. XLVI. an depositarius rem depositam ex involucro promere possit, si unus ex heredibus deponentis partem suam petit? §. XLVII. Conclusio Dissertationis, §. XLIX.

§. I.



### §. I.



Nvolucrum est quodlibet integumentum ad res eo melius custodiendas adservandasque comparatum, allerley / darein man etwas verwickelt und vermacht / & si tale integumentum ex charta confectum, illud communiter ein *Couvert*, vocabulo a Gallis mutuato vocare consuevimus, quamvis illud etiam Gallorum usi einen Umschlag / id est, integumentum in genere significet, prout Lexicographi testantur. Pro ejusmodi integumento vocabulum involucri capitur in l. 21. §. 8. ff. de furt. ibi: *proinde si involucrum, quod tollere non potuit, solvit, ut contrectet, deinde contrectavit quasdam res, &c.* Vocatur etiam *volutrum* & *volumen*, Gothofred. ad d. I. 21. §. 8. ff. de furt. & in glossa ad l. 21. §. 8. ff. d. t. *torsellum*, ibi: *involucrum, id est torsellum.* Forte a verbo *torquo*, *torsus*, etwas gewundenes,

### §. II.

Interdum vocabulum hoc etiam metaphorice accipitur. Huc pertinet locus apud Ciceronem ad Qv. fratr. l. i. epist. 1. multis simulationum involucris tegitur & quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusque natura; frons, oculi, vultus persape mentiuntur, oratio vero sapientia;

me, v. B. Cellarius in *thesaur. Fabr.* voc. *volvo*. Inde involutæ & occultæ res nihil aliud sunt, quam implicatæ & intricatæ, verwirrete und verwickelte Händel. Cicer. *de finib.* l. i. c. 9. *occulta quedam & quasi involuta aperio*, & *de divinat.* l. i. c. 18. *causa latet obscuritate involuta natura*. Plura huc pertinentia v. apud Cellarium loc. cit.

## §. III.

Eodem modo verbum *involvere* capitur. Et accipientem & dantem illicite transactionis reatus involvet, l. 4. C. Theod. *Tribut. in ipsis speciebus inferri*, lib. II. tit. 2. Porro in l. 6. C. Theod. *de desertor. & occultat. eor.* Si dominum quoque talis conscientia involverit, (quod nempe desertores occultaverit,) prediis, que latebram praesliterunt, sacro patrimonio vindicatis gravioris exitii dominum quoque casus involvat. Item l. 5. Cod. Theodos. ad L. Jul. Repetund. Etenim privatuarum quoque litium cognitor idemque mercator parem capit is ac vita, que peculatu reos consuevit involvere, cogetur subire justitiam. Qui plura cupit, adeat Brissonium de verb. signif. voc. *involvi*.

## §. IV.

Nobis in præsenti de involucro juxta §. I. proprio accepto agere animus est. Videamus primo de materia *testamentorum*, in qua haec materia præ aliis occurrit. Quæstio est: utrum subscriptio & subsignatio *testium in involucro testamenti facta etenim valida sit, ut testamentum pro solemni haberi debeat?* Non desunt nonnullæ rationes dubitandi pro affirmativa, quas primo adponemus. In l. 21. pr. C. *de testam.* Imperatores Theodosius & Valentinianus ita rescripsierunt: *Hac consultissima lege san-*  
*cimus,*

cimus, licere per scripturam conscientibus testamentum, si nullum scire volunt (ea) que in eo scripta sunt, consignatam, vel ligatam, vel tantum clausam involutamque proferre scripturam, vel ipsius testatoris, vel cuiuslibet alterius manus conscriptam, eamque rogatis testibus septem numero, civibus Romanis, puberibus, omnibus simul offerre signandam & subscribendam: dum tamen testibus presentibus testator suum esse testamentum dixerit, quod offertur, eique ipse coram testibus sua manu in reliqua parte testamenti subscripsit: quo facto, & testibus uno eodemque die ac tempore subscriptis & consignantibus testamentum valere, nec ideo infirmari, quod testes nesciant, que in eo scripta sunt testamento. Hic ex verbis: vel clausam involutamque proferre scripturam, liquido adparere videtur, quod subscriptio testium etiam in involucro testamenti fieri possit.

## §. V.

Alius textus habetur in l. 22. §. ult. ff. qui testam. fac. poss. Ulpianus enim ita: *Signatas tabulas accipi oportet, et si linteo, quo tabulae involuta sunt, signa impressa fuerint.* Si ergo sufficit, signa linteo faltem imprimere, quanto magis sufficere poterit, si eadem involucro ex charta confecto imprimantur? Par quoque, ut videtur, erit ratio, si subscriptio testium in eodem testamenti involucro fiat.

## §. VI.

Quod textum hunc ultimum attiner, patet exinde, apud Romanos necesse non fuisse, ut signa, seu signacula ipsis tabulis imprimarentur, sed sufficere potuisse, si linteo, cui tabulae involvebantur, impressa deprehendebantur, conf. Brissoni *de formul. & solemn.*

B 3

pop.

*pop. Rom. verb. l. 7. p. m. 586.* Pertinet vero hoc ad peculiares Romanorum mores, de quibus ita porro Brifsonius *d. l. 7. p. 587.* Tabulas autem testamentorum, inquit, pertusas ac ter lino per foramina traje&to obsignatas fuisse, ex SCto Neronianis temporibus facta Paulus *l. 5. sentent. tit. 25.* & Sveronius in *Neron. c. 17.* docent. Lini utique, quo ligatae erant supremæ tabulæ, fit mentio in *l. 1. §. si linum. 10. ff. de bon. poss. sec. tab. l. 3. §. si quis ignorans 21. & §. si quis tabulas. 23. ff. de SCto Silan.* ex qua patet ter, vel quater quandoque linum circumductum fuisse: non tantum ergo naturaliter clausas fuisse tabulas, sed hoc amplius signatas ligatasve, ait *l. 3. §. aperire 19. ff. eod.* Non eo minus autem signatae tabulæ, ad hoc, ut ex edicto Prætoris bonorum posseffio ex his peiti posset, censemabantur, quod rosæ essent a muribus, vel linum aliter ruptum, aut vetustate putrefactum, vel sicut, vel casu: maxime si unum linum teneret, *l. 1. §. ult. ff. de bon. poss. sec. tab.*

### §. VII.

Interim tamen illud argumentum, quod in *§. V. in fin.* innuebamus, neutiquam admittere possumus. Hoc est, non sequitur: signacula apud Romanos involucro testamenti imprimi poterant, ergo etiam inscriptio in involucro facta valida est, argumentum enim illud a diversis ad diversa procedit. Subscriptiones testium sunt ex jure civili, signacula ex jure prætorio, *§. 3. in f. 7. de testam. ordin.* vel, prout in *§. 2. d. t.* dicitur, jure honorario nulla mancipatio desiderabatur, sed septem testimoni signa sufficiebant, cum jure civili signata testimoni non essent necessaria. Sed vero nullibi in jure civili dispositum

situm reperitur, quod subscriptiones in Involucro testamenti fieri possint.

## §. IX.

Testamenta quidem apud Romanos in qualibet materia conscribi poterant, §. 12. *J. de testam.* plerumque tamen in tabulis ligneis, aut cereis scribebantur. Hinc bonorum possessio contra tabulas *contra lignum* dicitur in *l. 19. ff. de bonor. poss. contr. tab.* De cereis Horatius *Satyr. l. 2. Sat. s. verf. 51. seqq.*

*Qui testamentum tradet tibi cumque legendum,  
Abnuere, & tabulas a te removere memento:  
Sic tamen, ut limis rapias, quid prima secundo  
Cera velit versu: solus, multisne coheres  
Veloci percurriere oculo. Plerunque recodus  
Scriba ex quinqueviro corvum deluadet hiantem:  
Captatorque dabit risus Nasica Corano.*

Prima cera hic est prima tabula. Nam in primæ tabulæ secundo versu heredis nomen continetur. Apulejus *apol. 2. lege potius testamentum, si quid quasi insana scripsit,* hoc repieres & quidem mox a principio. Plura huc pertinente v. apud Briffonium *d. l. 7. pag. m. 592.* Eiusmodi nunc tabulæ ligneæ, vel cereæ, involucro semper opus habebant, & signacula etiam ipfis tabulis commode imprimi non poterant, & hinc involucro imprimebantur. Nostris vero moribus ejusmodi tabulæ plane incognitæ sunt, unde a moribus Romanorum ad nostros mores iterum non valet consequentia.

## §. IX.

Imo & jus Romanum recentius clare, ni fallor, disponit, quod subscriptio testium & subsignatio non in invo-

involutro, sed in ipso testamento fieri debeat. Ita Imp. Justinianus in l. 28. C. de testam. §. 1. Cum autem constitutione, inquit, quæ de testamentis ordinandis processit, caveatur, quatenus septem testium præsentia in testamentis requiratur, & subscriptio a testatore fiat, vel ab aliquo pro eo, & constitutio sic edixit, octavo subscriptore adhibito: & quidam testamentum suum omne propria manu conscripsit, & post ejus literas testes adhibiti (*suis*) subscriptiones supposuerunt, aliaque omnia solenniter in testamento peracta sunt, & testamentum ex hoc dubitabatur, an irritum factum esset: eandem constitutionem corrigentes sancimus, si quis sua manu totum testamentum, vel codicillum conscriperit, & hoc specialiter in scriptura reposuerit, quod hæc sua manu confecit: sufficiat ei totius testamenti scriptura, & non alia subscriptio requiratur neque ab eo, neque pro eo ab alio: *sed sequantur hujusmodi scripturam* (testatoris scilicet) & *litere testium*, & *omnis*, *quæ expectatur observatio*: & sic testamentum validum, & codicillus, *si quinque testium literæ testatoris scripture coadunentur*, in sua firmitate remaneant, & nemo callidus machinator hujusmodi iniquitatis in posterum inveniatur. Notes hic, in textu adducto haberi, quod *litere testium* (id est, subscriptio) & *omnis*, *que expectatur observatio* (id est subsignatio, aliud quid enim intelligi nequit,) *scripturam testatoris sequi*, imo testatoris scripturæ coadunari debeat. Ergo sine dubio subscriptio & subsignatio non in involucro, sed in ipso testamento facienda.

## §. X.

*Quod l. 21. pr. C. de testam.* supra §. IV. adductam attinet, in ea quidem dicitur, licere testatori, *consignatam*,

*tam, vel ligatam, vel tantum clausam involutamque proferre scripturam, eamque testibus offerre signandam subscribendamque; at vero, non dicitur ibi, quod subscriptio, vel subsignatio testium in ipso involucro fieri possit, aut debeat. Ergo haec lex explicanda est ex lege altera in §. preced. adducta, quae vult, ut subscriptiones & subsignationes testium sequantur scripturam testatoris, imo ipsius scripturæ coadunentur.*

## §. XI.

Eadem est responsio ad textum ex *Ordinat. Notarior. de A. 1512. tit. 2. von Testamenten* §. 7. ubi ita: daß der / so ein Testament machen will / in Schriften verzeichnet und verbunden / oder allein beslossen und eingewickelt / von desselben Testatoris / oder eines andern Hand geschrieben / vor sieben Zeugen / die dadurch sonderlich zusammen gerufen und gebeten / auch der Leibeigenschaft frey über vierzehn Jahr alt seyn / so sie alle bey einander versamlet sind / fürbringt / und legt die dar / durch einen ieden der sieben Zeugen zu unterschreiben und mit ihren gewöhnlichen Signeten zu besiegeln. Nam iterum non sequitur: testator testamentum profert involutum, eingewickelt / ergo subscriptio & subsignatio in involucro fieri potest. Testamentum enim ipsum subscribendum est; at vero involucrum non est pars testamenti, ergo subscriptio & subsignatio in involucro facta non valer. Ostendunt hoc verba subsequentia d. *Ordin. Notar.* Doch also / daß er öffentlich ansage / daß solches / so er darlegt / sein Testament sey / und vor der Zeugen allen mit eigner Hand unterschreibe: oder / wo er nicht schreiben kündt / oder alsdann nicht möcht / durch eines andern achten Zeugen Hand in seinem Namen/

C

mēn/

men und auff sein Begehrēn auf einem Ort unterschreiben lasz: alsdann desselben Tags und Zeit / ohn daß einige andere auswendige Handlung - - - dazwischen falle / durch die sieben Zeugen alle mit ihren eigenen Händen unterschrieben und gewöhnlichen Siegeln bezeichnet werde.

## §. XII.

Addo novum argumentum ex jure Romano & in specie ex legibus Codicis. Testator nomen heredis quondam vel manu sua scribere, vel voce coram testibus illud nuncupare debebat. Nuncupaverat vero non unum, sed plures heredes, & periculum erat, ne testes nonnullorum heredum ita nuncupatorum obliviscerentur, quid confilii? respondet Justinianis in l. 29. C. de testam. sed ne aliqua forsan oblitio testium animis incumbar, pluribus interdum nominibus heredum expressis: ipsi testes in suis subscriptionibus, (cum testator haec non scripsisset, sed nuncupaverit,) eorum nomina subscribere non differant ad æternam rei memoriam, item in l. 30. C. eod. testes ipsos auditio nomine heredis sub presentia ipsius testatoris nomen heridis suis subscriptionibus declarare. Jam quæso, quomodo heredum nomina exprimi potuissent, si testes in involucro nomina sua subscriptissent? ita enim testamentum statim publicatum fuisset, cum tamen testatores testamentorum valorem, quantum possibile est, celare solearint, hic vero nomina heredum & simul principaliora testameuti capita omnibus statim in oculos incurrisserint.

## §. XIII.

Concludimus itaque, testamentum pro nullo habendum esse, quando subscriptiones & subsignationes restium

stium in involucro testamenti deprehenduntur; ipsum vero testamentum subscriptione & subsignatione tali destituitur. Illustrabimus rem casu quodam singulari, qui non ita pridem contigit. Sempronius in comitatu M. vicino superiori anno testamentum condiderat in eo- que proximos suos consanguineos præterierat. Ex hisce unus præcipue testamentum illud prætensum impugna- re constituit, & quidem ex hoc capite, quod subscriptio- nes & subsignationes testium non ipsi testamento sub- jectæ, sed illæ in involucro deprehendantur. In involu- cro ipse Testator ita scripsérat:

Hierinn ist mein V. H. Testament und letzter Wil- le / den 1ten Maij vollzogen.  
deinde testes in eodem involucro hisce formalibus usi- erant:

Wie vorstehet / überschreibe ich A. S. als erbe- thener Zeuge.

Wie vorstehet / überschreibe ich / als erbehener Zeuge J. M.

& ita reliqui similiter unico excepto, qui dixerat, er ha- be das Testament unterschrieben/ quamvis etiam ex hoc verbo decisio quæstionis desumi haud possit. Cum ve- ro subscriptiones & subsignationes, uti dictum, in in- volucro testamenti extrinsecus deprehenderentur, quæ- rebatur: an pro validitate testamenti judicandum sit, an contra testamentum?

#### §. XIV.

Consulta super hoc casu illustris Facultas Juridica in hac Academia Fridericiana Mense Aprili præsentis anni testamentum illud nullum esse censuit & hinc ad requisitionem G. H. sequentem in modum respondit;

C 2. §. Hat

Hat der gewesene Hütten-Schreiber zu M. Valentinum H dem ihr sonst ab intestato succediret hättet/ den iten May 1712. ein Testament/ worinnen er euch gänzlich præterit / aufgerichtet / und der Testator hat in demselben seine Ehe-Frau A. C. gebohrne C. zu seiner Universal-Erbin eingesetzt; ihr steht aber in der Meinung / daß solches Testament denen Rechten nach für beständig nicht zu achten.

Ob es nun wol an dem ist / daß ein Testator seine Collaterales in dem Fall / wenn er ihnen keine personam turpem, oder levis notæ macula laborantem vorziehet / gar wohl vorbe gehn könne/ der Testator auch in dem gegenwärtigen Fall/ dergleichen personam turpem, vel levis notæ macula laborantem zum Erben nicht instituiret hat: hiernächst bey dem Testament quæstionis sieben Zeugen Unterschrift und Siegel befindlich ist;

Dieweil aber dennoch vor allen Dingen auf die in Rechten vorgeschriebene solennitas testamentorum extinsecas die Absicht genommen werden muß / inmassen wann diese nicht genau in acht genommen worden / das Testament nicht bestehen kan / es mag darinnen eine persona turpis, oder honesta zum Erben instituiret worden seyn / und dann in gegenwärtigem Fall die Zeugen das Testament weder unterschrieben / noch untersegelt haben/ sondern ihre Nahmen und Perschafte bloß oben auf dem Couvert , worinnen das Testament verwahret gewesen / befindlich sind / deshalb die Zeugen auch sich dieser Formalien :

Wie vorstehet / überschreibe ich als erbethener  
Zeuge / gebrauchet haben / hingegen aber subscriptio & subsignatio ad essentiam testamenti gehöret / und bey deren Erferner

mängelung das ganze Testament null und nichtig ist: ferner die subscriptio & subsignatio in ipsis tabulis testamenti geschehen muss / welches allhie erimangelt/ indem die Zeugen gedachter massen ihre Nahmen auf das Couvert geschrieben/ und ihre Perschaffte auch darauf gedruckt haben/ dergleichen Couvert, oder involucrum aber pro parte testamenti nicht geachtet werden mag/ wozu alhier noch dieses kommt/ daß/ das Couvert mit des Testatoris Perschafft zwar versiegelt gewesen/ die angemachte heredes testamentarii aber solch Perschafft so fort nach dem Tode des Testatoris zu sich genommen/ und einige Zeit nachhero das Testament quæstionis allererst zum Vorschein gebracht haben/ woraus ohnedem wider solche angemachte heredes gar nible præsumtiones entspringen; So erscheint daraus allethalben soviel/ daß das von Valentin H. errichtete Testament denen Rechten nach vor beständig nicht zu achten/ V. R. W.

## §. XV.

Solennitatis itaque in involucro expediri nullo modo possunt. Aliud obtinet in iis, quæ ad *nullam voluntatem* pertinent. Ponamus casum. Titius codicillos rite fecit eosdemque involucro deinde inclusit. Quemadmodum vero intuitu actuum ultimæ voluntatis voluntas hominum semper ambulatoria est: ita & hoc casu Titius subsequenti tempore a priori voluntate recessit & simul legatarii ac fideicommissariis ea, quæ ipsis reliquerat, rursus adimere constituit. Expressit contrariam hancce voluntatem in involucro codicillorum & quidem nullis testibus adhibitis, quæstio oritur: *an legata rite ademta sint?* Adfirmare quæstionem non dubitamus. Nam de ademtione legatorum

& fideicommissorum in l.3. §. 11. ff. de adim. vel transfer.  
legat, dicitur, quod illa nuda voluntate fieri queat, ex  
quo consequitur, etiam revocationem in schedula alia-  
qua factam sufficere, Carpzov. P. 3. C. 13. D. 19. num. 1.  
nihil enim requiritur praeter voluntatis declarationem.  
Illa vero declaratio non minus in involucre, quam in alia  
quadam schedula fieri potest. Ergo, si de manu defun-  
cti constet, codicilli propter declarationem voluntatis  
in involucre factam rumpuntur.

## §. XVI.

E contrario testamentum interdum ex iis, quae in-  
volucre inscripta sunt, falsitatis argui potest. Ponam-  
mus, testamentum aliquod produci, quod pro judiciali  
venditur, certum tamen tempus in ipso testamento  
expressum non est, interim eo tempore, cuius in in-  
volucre mentio injicitur, & quo oblatio testamenti facta  
esse dicitur, prætensus testator non amplius inter vivos  
exitit. Maxima certe commissi falsi hic oritur præsum-  
ptio. Quod si in testamento aliud, atque iterum in in-  
volucre aliud tempus expressum deprehenderetur: juxta  
tempus, quod in testamento ipso indicatum, rem dijudi-  
candam esse censerem, si ex determinatione temporis de-  
cilio desumi deberet. Ante aliquot annos testamentum  
personæ alicujus illustris ex eo capite impugnabatur, es  
se denen Registraturen und inscriptionibus auf dem Cou-  
verte kein Glaube bezuzunessen / alldieweil darum das  
Wort: Weyland/ zit befinden/ und also selbige allererst  
nach des Testatoris Tode gemacht seyn müsten; sed re-  
spondebatur: es seye in der Inscription des einen Cou-  
verts (de quo principaliter agebatur) das Wort: Wey-  
land/ gar nicht zu befinden/ in die andere Inscription a-  
ber

ber habe erinnertes Wort allerdings hineingerückt werden müssen / weil das Couvert , worauf die Inscription beständig / allererst nach des Testatoris Tode und geschehener publication des Testaments umb dasselbe gemacht worden / v. integrum Responsum hoc pertinens in Dn. Præsidis *Disput. de Actuarii presentia in actu testandi* §. XXIX. His ergo ita positis vocabulum : Weyland / in involucro testamenti positum fidei testamenti nil quidquam detrahebat. Quod si vero constitueret, testamentum statim ab initio huic involucro inclusum fuisse : tunc revera res omni dubio non caruerit.

### §. XVII.

Cum de Registraturis & inscriptionibus in involucro factis dixerimus ; quæstio existit : utrum testamentum pro judiciali haberi possit & debeat , quando judex in solo involucro de oblatione testamenti judiciali testatur ? Ratio dubitandi pro negativa ex illis desumi potest , quæ ante attulimus , testamentum non esse pro solemnī habendum , quando subscriptiones & subsignationes non in ipso testamento , sed in involucro saltem deprehenduntur , quod enim in testamentis extrajudicialibus subscriptione & subsignatio , illud , ut videtur , in judicialibus oblatione judici facta est . Sed e contrario ad affirmativam sententiam huic negative præferenda esse existimamus . Testamenta siquidem privata multis indigent solemnitatibus , ad quas etiam subscriptiones & subsignationes testium referuntur & haec præcise modo in legibus præscripto sunt observandæ : e contrario autem testamenta judicialia omnes solemnitates penitus ignorant eorumque intuitu nihil aliud requiritur , quam ut de veritate oblationis judiciali fa-

ci factæ constet, de hac vero satis constat, sive judex in parte exteriori ipsius testamenti, sive in involucro de ea testetur. B. Strykius *in cautel. testament. c. 7. §. 41.* hac de re ita differit: Quod si hac ratione, inquit, Senatores, vel Scabini, voluntatem testatoris vel calamo experint, vel in scriptis oblatam acceptaverint, horum jam officium exigit, ut illud mox in curiam referant, atque *vel in exteriori parte testamenti, postquam illud novo involucro sigillo Senatus munito commiserunt, inscribant diem & locum factæ oblationis,* vel etiam hoc ordinario judicii protocollo inserant, ut inde postea veritas factæ oblationis doceri possit.

### §. XIX.

Subjungam adhuc aliam quæstionem ex materia de testamentis. Quæritur, si quis chartas quasdam in involucro inclusas Principi offerat & has ipsi commendet, ut in archivo recondantur, ejus tamen, quod in involucro testamentum sit, in specie mentionem non faciat, quæritur, inquam, an insinuatio recte fese habeat & testamentum pro publico habendum? Casum in vernacula ita proponeit B. Stryk. *in caut. testament. c. 7. §. 14.* Es hat Sempronius, ein Fürstlicher Minister seinen letzten Willen entworffen/ auch solchen ein halb Jahr vor seinem Tode dem Landes-Fürsten eingehändigt/ und zwar dergestalt/ daß Er Sr. Fürstl. Durchl. ein pacquet versiegelt überreicht/ mit vermelden/ daß weil Er seines Alters halben vielleicht diese Welt bald würde verlassen müssen/ Er dieses pacquet darinnen etliche von Sr. Fürstl. Durchl. ihm vormahls anvertraute Sachen befindlich/ denen Er einige privata, so ihm Sempronio ins besondere angien-

gen/

gen/ beygesüget/ zurück gegeben und Dero selben de me-  
liori recommendirer haben wolte. Wie nun ohnlangst  
Sempronius in Beyseyn Thro Hochfürstl. Durchl. ver-  
storben und Sie nicht erwehnet/ daß einig Testament  
bei derselben verhanden/ jedoch z. Stunden hernach des  
verstorbenen Schwestern anmelden lassen/ daß Sie das  
pacquet eröffnet/ und darinnen des defuncti disposition  
gefunden/ ließen also vernehmen/ ob die Schwestern ver-  
langete/ daß solche disposition in der Fürstl. Cangley ver-  
wahrlich niedergelget/ oder denen anderen des Defuncti  
verschlossenen Sachen beygesüget werden möchte/ dar-  
auf allererst diese disposition in der Cangley bis zu der  
erfolgten publication hinterlegt werden. Responde-  
tur, vitiosam esse insinuationem, nec sustineri posse te-  
stamentum. Duo enim requiruntur, primo oblatio &  
deinde ejusdem acceptatio. At vero Princeps non po-  
tuit acceptare, cuius nullam notitiam habuit. Neque  
proficit, quod deinde testamentum in Archivo deposi-  
tum fuerit; hoc enim nimis sero factum, ubi statim vi-  
vo testatore fieri debuisset. Integrum Responsum su-  
per hoc casu exhibetur loc. cit.

### §. XIX.

Transamus nunc porro ad negotia inter vivos.  
Hic primo occurunt involucra, quibus literæ includi-  
solent, quas mediante cursu publico ad alia loca mitte-  
re conseverimus. Horum intuitu speciatim disposuit  
Potentissimus Borussiæ Rex in der neuen Post-Ord-  
nung de A. 1712. Primo prohibetur, ne Magistri cur-  
sus publici involucra accipiant, quibus literæ privato-  
rum sunt inclusæ, quia hoc ipso redditus ex cursu publi-

co provenientes in præjudicium Principis diminuerentur. Post-Ordn. Cap. 1. §. 4. Vielweniger sollen sie (die Postmeistere) mit freinden Postmeistern / oder andern Correspondenten complotiren / dasz einige Briefe / oder Paquete unter Couvert an sie addreßiret werden / sondern wann dieses wieder ihr verschulden sich betragen solte / sind sie gehalten / nach eröffneten Couvert die Briefe sofort einzeln zu encartiren und fortzusenden/damit das Porto davor in dem distribuirenden Post-Amt abgefördert und berechnet werden könne; Sie sollen aber die Taxe von dergleichen convertirten Briefen also regulieren / damit von dem Post-Amt an/da es zuerst aufgegeben / oder eingelauffen ist / bis an das distribuirende das völliche Porto entrichtet werde/ dabei auch notiren/ von welchem Ort ihm solche convertirte Briefe zugesandt worden / und wie viel er an fremdem Porto dafür vorgeschoßen.

## §. XX.

Ex simili ratione prohibetur, ne alias privati diversas diversorum litteras eidem involucro includant. Post-Ordn. d. c. 1. §. 6. Solte ein Kauffmann / oder pri-vatus zum Nachtheil des Post-Regalis andere Briefe an sich ziehen / und dieselbe insgesamt unter einem Couvert versenden/sind die Post-Meister befugt bei Anmerkung einer solchen defraudation dergleichen verdächtige Paquete / insonderheit / wann die Warnings vorhergegangen / zu öffnen / die darin befindliche Briefe einzeln zu encartiren und gehörig zu taxiren.

## §. XXI.

In favorem & securitatem eorum, qui medio cursus

ius publici literas aliorum mittunt, ita porro disponit clementissimus Legislator in der Post-Ordnung Cap. 5.  
 §. 2. Es soll ein jeder Correspondent dahin sehen/ daß sein Brief versiegelt/ das Postschaft darauf wohl ausgedruckt/ und nichts verdächtiges weder daran/ noch am Lack zu spüren/ wie nicht weniger/ da um den Brief ein Couvert wäre/ solches von gutem Papier und an den vier Ecken des Siegels dergestalt wohl besiegelt und angezogen sey/ damit es weder von selbsten durchs Scheuren im Felleisen ausspringen/ noch auch beym einpacken in den Brief-Beutel an einer/ oder andern Seite aufgerissen werden könne/ welches leichter öfters ohne Verschulden der Postmeister geschiehet/ und sodann denen Post-Meistern/ ob hätten sie die Briefe mit Vorzah erbrochen/ unverdienter Weise beygemessen werden will.

## §. XXII.

Sed quid faciendum, si involucrum literarum nihilominus casu quodam reclusum fuerit? Respondetur: Magistrum cursus publici teneri, ut praesentibus vectribus illud sigillo sibi commisso iterum obsignet, & simul causam, quare hoc factum fuerit, involucro inscribat. Post-Ordnung c. 8. §. 5. Da sichs dann und wann zuträget/ daß Briefe/ oder kleine Brief- Paquete/ insonderheit wann der Ausgeber solche nicht gebührend versiegelt/ oder das Lack nicht gut gewesen/ durch schütteln im Felleisen/ oder auch im Ausziehen ausspringen/ oder entseigelt werden; Als soll der Post-Bedienter/ der solches zu erst bemercket/ den solchergestalt offen gefundenen Brief/ oder kleines Paquet/ alsofort in Gegenwart der in der Post-Stube verhandenen Personen mit dem

D 2

Post-

Post-Siegel wieder versiegeln / auch daß solches geschehen / und die Ursach warum / auf dem Couvert eigenhändig notiren / keineswegs aber solchen zu lesen durch curiosität / oder andere motiven sich verleiten lassen; und daß dieses alles von ihm observiret werden / muß er benötigten falls mit einem Eyde beträffigen können. Quod si hæc non fuerint observata , pœnæ arbitriæ locus erit.

## §. XXIII.

Quando pecunia, gemmæ & similes res pretiose involucris inseruntur: hoc in exteriori parte involucri specificè indicandum est. Post-Ordnung c. 5. §. 3. Wann in einem Briefe Juwelen / oder andere pretiosa abgesandt werden / ist der Aufgeber gehalten / den Werth derselben richtig zu profitiren / solchen auch auf den Brief zu setzen; geschiehet dieses nicht / sind bey entstehendem Verlust / oder anderen Irrungen / die Posten für ein mehreres / als angegeben worden / keineswegs responsabel, vielmehr soll derjenige / welcher dieselbe durch falsche Angabe defraudiren wollen / von jedem 100. so er verschwiegen / 10. pro cent Straffe erlegen. Solte es sich aber begeben / daß Juwelen von grossem Werth / weichen der Aufgeber eigentlich zu offenbahren und auf die Briefe zu setzen Bedenken tragen möchte / auf die Post gegeben würden / soll der Aufgeber dennoch gehalten seyn / solchen dem colligirenden Post-Meister in geheim zu eröffnen / welcher es gebührend zu Buch tragen muß. De involucro, cui pecunia inclusa est, in sequentibus adhuc pluribus disponitur.

## §. XXIV.

## §. XXIV.

De involueris, quibus tempore pestis literæ includuntur, tandem in der Post-Ordinung cap. 12. §. 2. sequentem in modum disponitur: Hat er / der Post-Meister/ ohne Verschub/durch einen an dem Post-Amt/ Rath-Hause und andern öffentlichen Dörtern anzuschlagenden Zettel denen Einwohnern fund zu machen / daß alle diejenige / so Briefe in das Post-Amt geben wollen / alles Papier / welches sie zur Correspondenz gebrauchen / vorher in Pest- oder andern schaffen Eßig legen/ und sodann allererst darauf schreiben / ferner lauter einzelne dünne Briefe / und wo möglich / sonder Couvert machen; da aber unmöglich ein ganzer Bogen dazt genommen werden müste / selbigen in Quarto legen/ und mit seinem im Eßig gewesenen Papier couvertiren/ keinesweges aber dick Paquete / vielweniger solche / so in Linnen gemacht wären / als welche man nicht annehmen / oder forschenden / sondern verbrennen würde / in das Post-Amt / und zwar zwey Stunden früher / als sonst / bringen sollen.

## §. XXV.

Intuitu eorum , qui alienas literas , testamenta , &c. eorumque involucra aperiunt, recte distingvit Ex-cell. Dn. Kestnerus, Professor apud Rintelenses celeberrimus, fautor noster honoratissimus, in Disp. de jure Correspondiarum hic Haleæ quondam A. MDCXCVI. habita thes. 20. utrum apertura facta fuerit curiositatis vitio, an vero eo animo, ut secreta scribentis prodantur adversariis. Priori casu nuncius, sive alius quispiam, non committit crimen falsi, quia non habuit animum veritatem

D 3

ever-

evertendi & celandi, qui tamen ad constituendum crimen falsi semper requiritur, interim pena stellionatus eaque extraordinaria & arbitraria nihilominus infligi poterit, v. Dn. Kestner loc. cit. ibique plures alii DD. allegati.

### §. XXVI.

Posteriori autem casu sine dubio crimen falsi committitur. Marcianus in l. i. §. 5. & 6. ff. de L. Corn. de falsis, qui aperuerit viri testamentum, Legis Cornelie poena tenetur. Is, qui deposita instrumenta apud alium, ab eo prodita esse adversariis suis dicit, accusare cum falso potest. Paulus in l. 16. §. 2. ff. eod. Sed & ceteros, qui in rationibus, tabulis, literis publicis, aliave qua re sine consignatione fassum fecerunt; vel, ut verum non adpareat, quid celaverunt, subripuerunt, subjecerunt, resignaverunt; eadem poena (L. Corneliae de fassis) adfici solere, dubium non est. Ita Carpzovius refert in prax. crim. quest. 93. num. 70. & 71. Scabinos Lipsienses ei, qui resignatis & apertis litteris Electoris Saxoniz ad equitem Johannem a Weissenbach scriptis contenta earum legerat adjudicasse poenam fustigationis, aut saltem venditionem bonorum cum migratione ex territorio: Eosdem quoque Scabinos nobili cuidam S. a S. qui Rescriptum Electorale aperuerat, legerat, & postea rursus consignaverat, mulctam 100. thalerorum dictitasse. Intuitu eorum, qui privatorum literas, sive earum involucra, animo nocendi aperiunt, sine dubio mitior pena obtinebit.

### §. XXVII.

Eadem distinctio, qua haetenus usi sumus, adhibenda quoque erit in ad fine quæstione: utrum vaſallus crimen

crimen felonie committat, qui literas Domini earumque involucra aperit? scilicet, si hoc facit animo doloso, feudo privandus erit, alias non, sed poenae arbitrariae locus datstr, v. textum 1. F. 17. ibi: *vel si credentiam ad eorum damnum scienter manifestaverint.* Peculiarem disputationem huic pertinentem de *credentie revelatione* edidit B. Strykius, confer quoque ejusdem *exam. jur. feud. c. 23. qu. 9.* Delictum hoc cum juramento a Vasallo praestito directo pugnat. Jurat enim Vasallus: *Et si aliquid mibi de secreto manifestaveris, illud sine licentia nemini pandam, vel per quod pandatur, faciam: & si consilium mihi super aliquo facto postulaveris, illud tibi dabo consilium, quod mihi videatur magis expedire tibi: & nunquam ex persona mea aliquid faciam scienter, quod pertineat ad tuam, vel tuorum injuriam, vel contumeliam,* 2. f. 7. princ.

### §. XXIX.

Sæpe evenit, ut nobis adterantur literæ, quæ quidem ad nos non sunt directæ, nos tamén involucrum resignamus, quia inscriptionem literarum non respicimus, sed offerenti fidem habemus, eas literas ad nos esse directas, quod eo facilius & frequentius accidere potest, quando duo in eodem loco commorantur, qui idem, aut valde adfine nomen habent. Resignavit alter involucrum, deinde vero illud iterum obsignat ei- que transmittit, ad quem literæ directæ fuerunt, hic vero de injuria sibi per resignationem illata conqueritur, quæritur, quid juris? De casu, si quis aut curiositatis vitio, aut animo damnum inferendi involucrum resignavit, jam ante dictum fuit §. XXIII. & XXIV. & tunc vel crimen falsi, vel stellionatus adest. Hic de errore dispi-

dispiciendum. Certe, si justus error deprehenditur: resignatio veniam merebitur. Interim quoniam multi malevoli homines quotidie occurunt, qui errorem solum simulant & involucra alienarum literarum eo animo resignant, ut ipsas literas inspicere aliorumque arcana, quæ resignantes sibi imaginancur, cognoscere possint; hinc si quis ejusmodi malitiam subesse suspicatur, delationi juramenti calumniæ locus dabitur.

### §. XXIX.

Addam adhuc alias casus ex materia de involucris litterarum & documentorum. Transmittuntur ad Sempronium litteræ, quæ atroces injurias contra eundem Sempronium directas complectuntur. Manus scribentis Sempronio incognita est neque autor litterarum nomen suum subscriptis. Interim Mevii sigillum in involucro deprehenditur. Sane, sigilla privata etiam inscisis dominis subtrahi atque alienis scripturis imprimi possunt, unde videtur, exinde nullum contra Mevium enasci indicium, quod ipsius signum in involucro deprehendatur: verum hisce non obstantibus ego tamen Mevium ita gravatum esse existimo, ut ad præstationem juramenti purgatorii teneatur & ut per consequens adserat, se non esse autorem illarum litterarum. Equidem non est impossibile, ut sigillum privatum inscio domino subtrahatur eoque invito alienis litteris impri- matur; sed vero, hoc tam facile fieri nequit neque etiam factum esse præsumitur, quoniam ejusmodi sigilla omnes homines, vel saltem plurimi probe custodire solent. Ergo præsumtio contra dominum sigilli militat, quod

quod vel ipse, vel aliis ipso sciente & consentiente illud sigillum involucro impresserit.

§. XXX.

Titius certum aliquod involucrum producit, in quo forsitan ejus pater, vel aliis, haec verba posuit: Hier-  
min ist Modestini Obligation auf tausind Reichsthaler.  
Ipsum Modestini chirographum non amplius adest, exi-  
stimat interim Titius, se ex verbis illis involucro in-  
scriptis momentum probandi desumere posse, ita ut  
saltem semiplena probatio pro ipso exinde oriatur & si-  
mul juramento suppletorio locus fiat. Ego vero o-  
mnem vim probandi hoc casu involucro illi penitus de-  
nego. Scilicet involucrum non aliter considerari potest,  
quam referens quoddam, hujus autem intuitu noti &  
expediti juris est, quod non probet sine relato, ita enim  
in Auth. si quis in aliquo. C. de edend. si quis in aliquo do-  
cumento mentionem faciat alterius documenti, nulla ex hac  
memoria fiat exactio: nisi aliud documentum, cuius memo-  
ria in secundo facta est, proferatur, aut alia secundum leges  
quantitatis debitæ probatio exhibeat, Conf. Brunnem.  
proc. civ. c. 19. num. 41. At vero in praesenti casu relatum,  
cujus in involucro mentio facta, produci non potest,  
ergo potius præsumendum erit, Modestinum summam  
debitam creditori jamdum persolvisse ipsique chiro-  
graphum redditum fuisse. Accedit & hoc, quod sine  
dubio ipse creditor adducta verba involucro inscrip-  
serit; atque scriptura privata contra scribentem quidem  
plene probat, pro scribente autem nulla vis probandi  
exinde desumere potest, esset enim testimonium in pro-  
pria causa. Imp. Gallienus in l. 7. C. de probat. Exempla

E

per-

perniciogum est, ut ei scriptur.e credatur, qua unusquisque  
sibi adnotatio[n]e propria debitor[em] constituit. Unde neque  
fiscun, neque aliud quemlibet ex suis subnotationibus debi-  
ti probationem præbere (posse) oportet.

## §. XXXI.

Deprehendebatur in Archivo quodam certum do-  
cumentum, quo altera pars litigantium ad probandum  
fundamentum intentionis suæ uti volebat: sed ecce, do-  
cumentum illud involucro aliqui erat inclusum, in quo  
hæc verba scripta legebantur: *Hoc documentum non va-  
let, quæstio erat, utrum adhuc vim probandi haberet  
illud documentum? Ratio dubitandi pro affirmativa ad-  
duci potest, quod dictum instrumentum in Archivo fu-  
erit repertum inter authenticas scripturas & quidem in  
tali Archivo, cui officialis publica autoritate præfectus,  
hæc etim requisita recensere solent DD. v. Myler. ab  
Ehrenbach de Princip. & Stat. Imper. c.47. §. 7. addi & hoc  
posset, quod involucrum, ut supra docuimus, ad essen-  
tiam instrumentorum non pertineat, cum hæc sine in-  
volucris esse queant. Hisce tamen non obstantibus no-  
bis, salvo rectius sentientium judicio, sententia negati-  
va placet, scilicet documentum, cuius mentionem feci-  
mus, vim probandi non amplius habere. Quamvis e-  
nam involucrum ad essentiam instrumentorum non per-  
tineat; exinde tamen non sequitur, quod per scriptu-  
ram in involucro reperram instrumento vis probandi  
adimi non possit. Apocha non pertinet ad essentiam  
chirographi; nihilominus tamen, si debitor apocham  
producere potest, chirographum nullius valoris ampli-  
us est. Quemadmodum ergo ex apocha adparet, chi-  
rogra-*

rographum esse extinctum; ita in nostro casu ex scriptura in involucro reperta certum est, documentum involucro inclusum nullius amplius valoris esse. Nec est, ut dicas, instrumentum propterea fidem mereri, quoniam in archivo est repertum; regero enim, involucrum quoque in archivo repertum esse ejusque intuitu omnia illa requisita itidem concurrere, quæ paulo ante adduximus. Non ergo probabile est, instrumentum fortuito casu involucro inclusum, sed hoc potius ex certa scientia factum fuisse. Ergo si hoc prout est, instrumentum per scripturam in involucro repartam pro nullo declaratum est, hinc omni vi probandi illud destituitur.

### §. XXXII.

In materia furti porro nonnulli casus huc pertinentes occurunt. Ulpianus in l. 21, §. 8 ff. de furt. ita; item si majoris ponderis quid aperut, aut refregit, quod tollere non possit, non est omnium rerum cum eo furti actio; sed earum tantum, quas tulerit: quia totum tollere non potuit. Proinde, si involucrum, quod tollere non potuit, solvit, ut contredicat, deinde contracta ut quasdam res: quamvis singulas res, que in eo fuerint, tollere potuerit, si tamen totum involucrum tollere non potuerit: singularum rerum, quas tulerit, fur est: ceterarum non est. Quod si totum was tollere potuit: dicimus, cum totius esse furum, licet solverit, ut singulas, vel quasdam tolleat: & ita & Sabinus ait. Casum sequentem hic format Brunnemannus in Comm. num. 3. si reperias, inquit, portatile crumenam thaleris plenam, si possis auferre omnes & tantum subripias unum, de toto tenearis; si vero reperias cistam reservatam thaleris, quam portare nequis, de toto non teneris, si partem auferas.

E 2

### §. XXXIII.

## §. XXXIII.

Diversa hic occurunt dubia & circa sensum legis & circa illius applicationem. Adponamus primo integrum locum ex Wissenbachio *ad ff. Disp. 29. part. 2. tib. 9.* si quis, inquit, ex acervo frumenti modium abstulerit, Ofilius putabat, non tantum modii ablati, sed & totius acervi furem esse, *l. vulgaris. 21. pr. ff. de furt.* in eaque sententia etiam fuit Trebatius, qui hanc rationem adferrebat: *nam & qui aurem, inquit, alicuius tetigit, (puta ad antestationem) totum ei videri tetigisse, d. l. 21.* quam sententiam Trebatii Horatius quoque, qui illi æqualis fuit, probat *l. i. ep. 17.*

*Nam de mille fabie modiis cum surripis unum,*

*Damnum est, non facinus mihi pacto lenius esto.*

ubi Porphyr. *Hoc secundum Stoicos, qui paria dicunt esse peccata.* Illam tamen, pergit Wissenbachius, Ofili & Trebatii sententiam Ulpianus corrigit *d. l. 21. pr. verf. sed verum est, intantum eum actione furti teneri, quantum abstulit, & in §. 5. ejusd. l. ait, si quis de nave onerata aliquid frumenti, aut de cisterna aliquid vini abstulerit, durum fore, si qui dicat, totius fursum fieri.* Contra tamen idem Ulpianus distinguuit in *d. l. 21. §. item si majoris. 8.* (qui est textus a nobis in *§. preced.* adlatus,) utrum totum fur auferre potuerit, nec ne. Rursus idem Domitius *§. ult. ejusd. l.* sine distinctione scribit, earum quoque rerum, quas quis non abstulit, furti unumquemque teneri: ut hic, ita concludit, exclamare liceat illud Horatianum:

*Quo teneam vultu mutantem Protea nodo?*

## §. XXXIV.

Antonius Matthæi de crimin. tit. de furt. cap. 1. num. 3. Ulpianum propter adlatam sententiārū eidēm legi insertarū maximā diversitatēm itidēm reprehendit &

cum

cum Protheo illum comparat. Rejectis quoque omnibus opinionibus aliorum negativam sententiam pro veriore habet, ut scilicet in tantum quisque actione furti teneatur, quantum Domino vere abstulit & contrectavit, conf. hic Tabor *in racem. criminal. definit. ad tū. ff. § C.* de furt. racem. 2. num. 38.

### §. XXXV.

Glossa distinguit inter *ius strictum & æquitatem*. Assertionem Ulpiani, quod omnium rerum furtum fecisse videatur, qui aliquas res quidem solum abstulit, totum tamen involucrum tollere potuit, de jure stricto procedere dicit, ex bono & æquo autem aliud dicendum esse arbitratur. Hæc distinctione nec Antonio Matthæi loc. cit. nec nobis sese probat. Sæpe quidem ea & alias à DD. in conciliatione textuum adhibetur; sed revera nihil aliud est, quam asylum, ad quod sæpe configere necesse habemus, quando textus obstantes alia ratione conciliare non possumus, & interim tamen antinomiam adesse fateri nolumus. Eodem modo in cit. l. 21. adassertiones sibi contrariae inveniuntur, sed quis putaret, alteram de jure stricto, alteram de æquitate intelligendum esse, cum ne minimum quidem vestigium in illa lege adsit, ex quo fundamentum illius distinctionis desumi posset.

### §. XXXVI.

Hanc distinctionem rem non confiscare agnoscit quoque ipse Tabor loc. cit. num. 39. & 40. Ideo tamen vadimonium non esse deferendum, aut Ulpianum verumni familiæ adscribendum esse simul existimat. Ergo ita procedit. Separanda esse putat, quæ in cit. l. 21. ex sententia Stoicorum habentur, & quæ eidem ex pro-

pria Ulpiani mente inserta sunt. Scilicet, Stoicorum hypothesi adscribit, quod furtum ex solo affectu sit æstimandum & quod per consequens fur sine distinctione omnes res abstulisse videatur, sive involucrum tollere potuerit, sive non: ex Ulpiani sententia autem factum furti illicitum non ex solo consilio, sed ex facto ipso, vel potentia saltem agendi, dijudicari debere censet. In genere enim, inquit, & communiter loquendo, quæstionis decisio sumenda est non a sola voluntate, sed a facultate & potentia agentis, seu furis, quod principium & alibi & in hac quæstione exerto digito indicatur.

## §. XXXVII.

Hæc ita quidem adfert Tabor, sed vereor, ne adhuc omnia dubia maneant. Omnia, quæ Ulpianus in cit. l. 21. ff. de furt. posuit, ea ex sua hypothesi posuit, & contextui repugnat, quod aliqua saltem ex hypothesi Stoicorum quasi historice recensuerit. Hoc supposito videamus propositiones sibi e diametro contrarias. In in d. l. 21. §. 1. dicit Ulpianus, *fures furti actione in tantum solum teneri, in quantum obstruerunt*. Utrum involucro inclusæ fuerint res ablatae, necne, de eo non disputat hic Ulpianus, & multo minus distinguit, utrum fur in involucrum totum cum rebus inclusis tollere potuerit, annon. Nihilominus tamen deinde §. 8. ea distinctione adhibita quæstionem propositam decidere voluit, quod quomodo cum præcedentibus cohæreat, ego quidem non video.

## §. XXXIX.

Cum ergo hæc ita sece habeant, subscribimus simpliciter opinioni Ulrici Huberi, quam in *prælect. ff. tit. de*

*de furt. num. 2.* sequentibus verbis exponit: Credo, inquit, nec illam subtilitatem hodie probatum iri, qua is, qui partem ejus, quod totum tollere potuit, absulit, vi contrectationis fur totius censetur, contra ac si totum tollere nequiverit, *l. 21. §. 8. b. t.* Quid enim, furatus est aliquis e sacculo ducentorum ducatonum duos, eritne fur duorum, an ducentorum? credo duorum, nec amplius repetitur, nec aliter punietur. Imo, dixerit aliquis, si animum species certum est, eum, qui totum tollere potuit, plus, quam sustulit, furari noluisse: qui vero summis, quantum potuit, de cumulo non portabili, totum animo videri furatum, contra Ulpianum in *d. l. 21. §. 8.* At is magis ad corpus delicti, quam ad animum delinquentis respexit. Hoc autem respectu absonum dictu est, surem esse totius, qui non potuit fur totius fieri, sicut nemo potest esse fur ejus, quod ferre non potuit. Quatenus vero tollere potuit, haec tenus saltem terminos furti habiles adesse adparet.

### §. XXXIX.

Ne vero putes, huic sententiæ JCti exteri fidem tuto adhiberi non posse, jungam adhuc testimonium B. Brunnemann, qui in *Comm. ad d. l. 21. ff. de furt. n.* 4. eandem opinionem fovet. Ubi tamen, inquit, si rationem consulam, videtur contrarium dicendum, nam si reperta crumenæ unum tantum surripias thalerum, minus es in dolo, quam si partem surripias, cum totum tollere non possis. Unde, pergit, adsentior Anton. Matth. *ad l. 47. ff. iii. 1. c. 1. num. 3.* referri illam subtilem distinctionem non probari, cum Ulpianus *in princ. generaliter dixerit.* Et certe apud nos in determinanda poena publica semper ad quantitatem furti respiciatur,

tur, v. *Constit. crim. art. 160.* verb. aber dennoch angesehen die größe des Diebstalls/ so hat es mehrer straff/ denn ein Diebstall/ der geringer ist. Und in solchen fällen muß man ansehen den Werth des Diebstalls/ & paulo post: und wie schädlich dem Beschädigten der Diebstall seyn mag/ und die Straff darnach an Leib und Leben urtheilen.

## §. XL.

Sed quid, si fur animo quidem furandi involucrum aperuisset, sed tamen per supervenientes homines impeditus & sic ipsum furti delictum consummatum non fuisset? Puto, hic adplicari posse, quæ in simili casu haber Ulpianus in *l. 21. §. 7. ff. de furt.* qui furti faciendi causa, inquit, *conclave intravit, nondum fur est, quamvis furandi causa intravit.* Quid ergo? qua actione tenebitur? utique injuriarum, aut de vi accusabitur, si per vim introivit. Ergo etiam, qui involucrum aperuit furti faciendo causa, nondum fur est, quamvis furandi causa illud aperuerit, & ergo non actio furti, bene tamen injuriarum contra illum locum habebit, vel potest etiam poena publica arbitraria a judice coerceri. Est furtum attenuatum, prout loqui solent, nondum vero perpetratum.

## §. XLI.

Sine dubio etiam *tabellarius*, qui pecuniam aliquo deterendam intervertit eandemque in proprios usus convertit, furtum committit. Duo interim casus hic sunt observandi. Aut enim pecunia illa *involucro inclusa* fuit, vel in sacculo obsignato nuncio tradita, aut ei saltē *adnumerata*. Quod priorem casum attinet, nemmo quidem, quantum mihi constat, dubitat, quin furtum

tum

tum committatur, de altero vero dubium fovet Jason in  
l. ejus, qui in provincia. 41. vers. quas pecunias. num. 6. ff.  
de reb. cred. quem adducit Carpzov. in prax. crimin.  
quest. 85. num. 76.

## §. XLII.

Verum recte existimat idem Carpzovius, tabellariū furtum quoque eo casu committere, licet pecunia nec involucro inclusa, nec obsignata, sed adnumerata fuerit. Sufficit enim, quod contrectatio rei alienæ, ea-  
que animo lucrificiendi facta adsit, quæ formam furti  
constituit. Quamvis neutro casu, sive pecunia involu-  
cro inclusa fuerit, sive non, poena ordinaria extra Sa-  
xoniam locum habeat, quoniam tabellarius res sibi con-  
creditas ex alterius possessione & custodia non auferit,  
sed perfide solum circa illas versatur & in legem initi con-  
tractus peccat, conf. Carpzov. loc. cit. num. 77. seqq. Ber-  
lich. p. 5. Concluſ. 58. num. 2. seqq. Augustus, Elector Sa-  
xoniæ, in Constitutionibus suis part. 4. Conſlit. 41. §. ult.  
hac de re ita constituit: Wann auch ein Bothe/ deme  
Geld über Land zu tragen versiegelt/ oder unversiegelt  
vertrauet/ dasselbige stehlen/ damit entlauffen/ oder es  
in andere Wege betrüglich entfreinden würde/ so soll  
derselbige/ wann sich die Summa auf 20. fl. Münze er-  
streckete/ mit dem Strange vom Leben zum Tode ge-  
richtet/ und da es unter 20. fl. seyn würde/ mit Stan-  
penschlägen des Landes ewig verwiesen/ oder aber/ da  
es gar wenig/ mit Gefängniß/ oder zeitlicher Verwei-  
fung gestraffet werden.

## §. XLIII.

Porro in materia depositii ad involucra, interdum

F

quo-

quoque respicitur. Primo, usus rei depositæ concessus & sic depositum irregulare subesse censetur, si quis depositario pecuniam nulli involucro inclusam, nec obfignatam adnumerat, l. 31. vers. idem juris esse. ff. locati. & hinc tali casu depositarius re deposita utendo non committit furtum usus, quod alias commisisset, si invito domino re deposita usus fuisset, §. 6. J. de oblig. que ex dilectione nascitur.

E contrario, si depositarius involucrum, cui res deposita inclusa est, infcio & invito deponente aperuit, & deponens deinde res quasdam sibi ablatas esse conqueritur: indicium furti commissi exinde contra depositarium oritur, suppositis tamen certis circumstantiis concurrentibus. Casum similem habet Crusius in tract. de indic. delict. part. 3. c. 15. num. 1. 2. 3. indicium est, inquit, si quis sarcinulam hospiti in custodiam dederit obfignatam, quam dominus postea reperit apertam & revolutam, cum restituitur, Bartol. in l. 1. §. servi. ff. sunt advers. naut. Probare autem tenetur hospes, passivus scilicet, hac in parte (1) signaturam sarcinulæ & (2) perditionem pecuniae, vel rei depositæ. Idem locutus, quandoquidem ardolio quivis & ignotus fingere possit jacturam depositi, atque hospitum simplicitatem maleficere eludere, quod permittendum non est, sed hominum malitijs potius obviandum, ne quis perfidia & improbitate sua actionem consequatur.

### §. XLV.

Diximus, inter alia perditionem pecuniae, vel rei depositæ etiam probandam esse. Ubi notandum, quod hic sepius quoque ad præsumptiones & conjecturas, tanquam

quam ad probationes artificiales recurri debeat. Rem ita exponit B. Stryk *in us. mod. ff. tit. depositi vel contra §. s.* si cista, inquit, deposita bene clausa, vel signata fuere, cum deponeretur, ubi vero reposcitur, sigilla fracta, vimque adhibitam esse adparet, certe gravis inde oritur suspicio adversus depositarium, quæ aliquando juramento purgatorio elidenda, si depositarius sit homo integræ famæ & vitae honestioris, Frantz k. b. t. num. 66. quod præ-judicio illustrat Hahn *ad Wesenb. tit. depos. in f.* Mev. p. 9. Decis. ss. num. 5. aliquando vero, si suspectus valde depositarius sit, ita, ut ex circumstantiis præsumi possit, eum perfidum & referata cistæ conscientium, vel autorem esse, deponens vero vir honestus, & ea conditione vivat, ut probabile sit, quod tantam pecuniam summam, vel res ejus generis, quas deperdidas dicit, habuerit, ad juramentum admittitur, ut per hoc res inclusas probet, Hahn loc. cit. Mevius cit. loc. Mantica de tac. & ambig. convent. l. 6. tit. s. num. 4. ut tamen depositario non sit deneganda probatio contraria, Mantica cit. loc. num. 10. Certe, concludit, in genere multum hic judicis prudentiae relinquendum, Menoch. de arbitr. jud. quest. l. 2. quest. 208. num. 26. seqq.

#### §. XLVI.

Ceterum, si depositarius convincitur, quod res depositas ex involucre, aut cista clausa abstulerit & interverterit, non solum ad earum restitutioñ tenetur, sed præterea ad poenam publicam tenetur, quamvis & hoc casu poenæ ordinariæ locus vix detur, idque ex iisdem rationibus, quas supra §. XL. attulimus, v. Carpzov. prax. crim. quest. 85. num. 71.

#### §. XLVII.

*Quid vero in alio casu, si deponens rem depositam*

F 2

invo-

involucro inclusit, deinde vero relictis pluribus hereditibus ipse mortuus est & unus ex hereditibus partem depositi jure hereditario ad se spectantem reposcit, queritur: an depositarius involucrum aperire & res depositas exinde promere possit? Ad hanc quæstionem ita respondit Ulpianus in *I. i. §. 36. ff. depos.* scilicet promendam pecuniam esse vel coram Prætore vel intervenientibus honestis personis, eamque exsolvendum esse pro parte hereditaria. Sed etsi, addit, resignetur, non contra legem depositi fieri, cum vel Prætore auctor, vel honestis personis intervenientibus hoc eveniet, residuo vel apud eum manente, si hoc voluerit; sigillis videlicet prius ei impressis, vel a Prætore, vel ab his, quibus coram signacula remota sunt: vel si hoc recusaverit, in æde depoñendo. Sed si res sunt, quæ dividi non possunt, omnes debent tradere, satisdatione idonea a petitore ei praestanda in hoc, quod supra ejus partem est: satisdatione autem non interveniente, rem in ædem deponi & omni actione depositarium liberari.

#### §. XLIX.

Subsistit hic & plures casus cumulare nolo, cum illi ex genuinis interpretandi principiis facile resolvi possint. Deo interim Ter Optimo Maximo pro concessa gratia omnibusque per totum vitæ tempus in me collatis beneficiis gratias persolvo immortales, ejusque divinæ clementiae me meaque studia in futurum etiam commendabo. Ipsi sit

**Laus, honor & gloria.**

L-S

ULB Halle  
002 051 028

3







1743 26. 12. 1743

DISSESSATIO JURIDICA INAUGURALIS  
DE  
**IN VOLUCRO,**  
QVAM  
DEO T. O. M. ADNUENTE,  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
SERENISSIMO PRINCIPTE AC DOMINO,  
**DN. FRIDERICO WILHELMO,**  
PRINCIPTE BORUSSLÆ, MARCHIONE BRAN-  
DENBURGICO, RELIQUA,  
IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,  
PRAESIDE  
**DN. JACOBO FRIDERICO**  
**LUDOVICI,**  
J. U. D. ET PROFESS. PUBL. ORDINAR.  
**PRO LICENTIA**  
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRIVILE-  
GIA DOCTORALIA RITE CAPESSENDI  
Ad d. 28 Jun. MDCCXIII.  
In Auditorio majori horis ante- & pomeridianis  
PLACIDO ERVITORVM EXAMINI SVBMITTIT  
**JOANNES HENRICUS Rudloff**  
HALENSIS MAGDEBURGICUS.

HALAE MAGDEB. Litteris STEPHANI ORBANI, Acad. Typograph.

